pars tantum S Petri denominatur simpliciter S Petrus unde
dicitur: S Petrus e' in coelo licet ibi sola sit eius aa.
similiter aa Christi Dni denominatur Christus dicimus n.
et in symbolo de Xsto Dno descendit ad inferos cum tn
sola eius aa persona VERBI unita descenderit ad
inferos

XIX

Dices 2do saltem definio pt ee indicativa
quia n. obest ut definio includat copulam est vel e' ad-

vocale quod definitio bene adhuc referri adrectam operationem intellectus. Respondeo nostris ex ostendendo quod obiit ne definitio quatenus talis includat copulam, in hoc complexo, est animal rationale, particula est nec pars ut est generis aut differentiae huius quod non pertinet essentialiter ad definitionem huius. Non nego tamen definitionem iungi posse cum copula, siquidem potest affirmari de suo definito ut homo est animal rationale sed hoc tantum nego quod definitionem quatenus talem constituat sive copula sive subiecto. Quod dixi de definitione idem proportionaliter censendum de divisione quam inde in generali disputatione de illis tractandum duximus. Sit ergo

Articulus 1mus

Quid et Quotuplex sit Definitio et quae illius leges.

120 Definitio ab Aristotele 1 Topicorum Cap. 4 definitur sic: est oratio explicans ipsum quod quid erat esse rei. seu est oratio explicans naturam rei. Oratio ponitur loco generis nam et divisio est oratio et propositio est oratio. Reliquum ponitur pro differentia. Bonitas definitionis huius patebit ex regulis bonae definitionis infra dandis.

121 Dices 1mo definitio non potest definiri alias illa ipsa definitio definitionis deberet rursus definiri et sic in infinitum. Respondeo nostris et probationem sicut non eadem res potest esse cognitio et cognitum quod eandem illam cognitionem quod patet in cognitione reflectente se supra se ipsam ita eadem res potest esse definitio et definitum per eandem definitionem. Inconsequens non est necesse ut definitio definitionis aliam rursus definitionem definiat. Et enim definitio entis ut sic etiam se ipsam quatenus est ens definit. item definitio cognitionis ut sic quatenus universalis ut sic per

122 Urgebis definitio non potest esse definitum respectu sui

alias posset esse simul clarior et obscurior respectu sui. est clarior quatenus est definitio sui. est una obscurior quatenus ponit definitum respectu sui definientis se. Respondeo Distinguo Antecedens cum n. definitio possit esse obiectum respectu sui potest ~~esse~~ eo ipso esse definitum respectu sui. Ad sequelam dico cum Oviedo quod definitio formaliter sumpta seu quatenus definiens alias definitiones et se ipsam est clarior respectu sui sumptae obiective. quia tamen definitio obiective sumpta seu quatenus est obiectum sui ipsius formaliter sumptae est obscurior respectu sui formaliter sumptae non quatenus est obiectum sui ipsius una cum aliis omnibus definitionibus conceptu expresso repraesentatur. sicut definitio entis est sui quatenus est obiectum respectu sui una cum omni omnino ente conceptu expresso repraesentatur.

123

Dices 2do una intellectus apprehensio non potest explicare naturam rei scilicet iuxta te definitio est una apprehensio quae non potest explicare naturam rei quod male definitur esse oratio explicans naturam rei. Respondeo una apprehensio licet non possit explicare iudicative naturam rei potest tamen repraesentative quia potest clare repraesentare genus proximum et differentiam ultimam rei.

Dividitur Definitio

124

1mo Alia est definitio Nominis quae explicat vocis significationem quae res dicitur ut Res dicitur a reor consid. asserendo. Alia Rei quae ipsam naturam rei explicat. Porro natura seu essentia rei est collectio illorum praedicatorum rei, quorum quolibet ablato non maneret res.

125

2do Definitio Rei alia est Quidditativa alia Descriptiva. Quidditativa seu essentialis est oratio explicans naturam rei per praedicata essentialia. Haec duplex est: alia Physica quae explicat naturam rei per constitutiva physica ut homo est compositum substantiale ex anima rationali et corpore organico. Alia metaphysica quae explicat naturam rei per constitutiva metaphysica seu per genus et differentiam

rmo essentialem ut hoc est aut radicale.

Nota distinctio a physica adaequate realis a se distingui metaphysicam adaequate reale sibi identificari et solum ex modo nostro concipiendi distingui.

126 Descriptiva definitio est quae explicat naturam rei vel per proprietates metaphysicas ut hoc est aut admirativum, visibile vel per causas extrinsecas ut hoc est aut creatum a DEO, adeoque similitudinem elevatum ad beatitudinem supernaturalem secundam vel per effectus ut ignis est elementum calefaciens et siccans vel tandem per complexionem accidentium quae nulli alteri quam definito conveniunt sic Plato describit hominem est animal implume bipes erecto vultu incedens loquens articulate.

128 3tio tam praedicativa quam descriptiva definitio alia est Formalis quae est cognitio data proponens naturam. Alia Obiectiva quae est obiectum dictae cognitionis in re et ipsa illa praedicata rei per quae data explicatur natura rei. Definitum similiter duplex est Formale et obiectivum. Formale est cognitio ipsa naturae rei definiendae seu talis cognitio ut rem discernat ab alijs rebus. Definitum Obiectivum est obiectum dictae cognitionis quae est ipsa res definienda cum praedicata sumpta per quae discernitur dare ab alijs rebus.

Leges bonae Definitionis

129 1ma est definitio debet esse clarior suo definito alias non explicaret aut manifestaret naturam eius naturam. Hinc malae sunt definitiones typicae ut homo est arbor inversa per

130 2da est Definitio debet constare genere proximo et differentia ultima nam per haec praedicata optime explicatur natura rei quae explicantur praedicata rei tam communia ipsi cum alijs quam soli illi propria ultra quae nihil amplius illa res dicit. Amo n. ex genere proximo seu tali cui immediate subijcitur homo legitime definitur [illegible] ex eo cui immediate subijcitur hoc legitime inferuntur omnia ferme praedicata communia ipsi cum alijs entibus quae inferri non possent ex genere remoto ut dictum n 82.

Dixi, omnia ferme non inferri ipsa differentia ultima
seu rationalitas est proprietates metaphysicae hominis ex ea ema-
nate, quae homini conveniunt et cum Angelo. 2do ex dif-
ferentia ultima rei (ut numero 132 explicabo) trigesim ex
radice sua legitime inferuntur omnia praedicata propria soli
illi rei soli ingruum comparata cum speciebus stantis sub eo-
dem genere proximo et cum aliquibus speciebus superiorum eius-
rum generum. Dixi cum aliquibus non enim omnibus ga
rationalitas quod est ultima differentia hominis et proprietates ex illa
emanantes risibilitas admirativitas quae conveniunt alicui speci
substantiae sc: Angelo. Porro substantia est enim genus re-
motum respectu hominis. Tandem genus proxi-
mum et differentia [struck] ultima definiti ut conjuncta secum
sunt praedicatum proprium soli illi definito soli ingruum sine ulla
restrictione. 131

Confirmatur: Definitio si non constaret genere proximo
tunc non explicaret naturam definiti ut convenientem
magis cum his quae cum illis entibus vel non explicaret
insuper eandem naturam definiti ut differentem ab omnibus eo quod
non est ipsa. Sic si definias hominem per vivens rationale non
explicas naturam hominis magis convenientem cum brutis
quam cum plantis et asteris. Si vero definias hominem
per genus adhuc remotius ut per substantiam rationalem vel ens ratio-
nale nunc neque explicabis naturam hominis ut convenientem
magis cum his entibus magis quam cum aliis sic cum brutis magis
quam cum plantis cum plantis magis quam cum astris
neque explicabis eandem hominis naturam ut differentem ab omnibus eo
quod non est ipsa nam enim Angelus et DEUS est substantia et ens
rationale. Si enim definitio non constaret ultima
differentia definiti, sed superiori aliqua tunc eo ipso debe-
ret constare et genere non proximo sed superiori illo sc: quod
superior differentia dividit nam definitio hominis si pro
differentia haberet ly sensitivum deberet pro genere habere
vivens vel esse aliud remotius consequenter non explicaret naturam

definiti ut differentem ab omni eo quod non est ipsa sc: a speciebus contentis sub genere proximo definiti sic homo quod vivens sensitivum non explicat differens a brutis quae cum homine sunt sub eodem genere proximo dato. Deinde, non explicaret rationem definiti ut differentem magis ab his quam aliis entibus nam ergo homo magis differt a brutis quam ab Angelis quod differentia apparet ex sola ultima differentia huius sc: rationalitate, apparet quia homo multum recedit a brutis accedit autem ad Angelos imo et ad similitudinem ipsius Dei x Tandem non apparerent tam formaliter seu in se ipsis quam arguitive seu per illationem proprietates metaphysicae definiti ut per quae quod emanant aeque et inferuntur ex sola differentia ultima rei.

132 Nota imo quod differentiam ultimam intelligi talem differentiam rei quae sit postrema, respectu differentiarum dividentium et simul continentium gradus omnia sive superiora sive inferiora eiusdem rei et sit prima tam positive quam negative respectu proprietatum metaphysicarum rei seu praedicatorum propriorum illi soli. quod soli accipiendo cum restrictione data supra, num: 130. Dixi prima positive hoc est talis quae sit radix emanativa proprietatum metaphysicarum rei et prima negative hoc est talis ut illa prior radix non detur. Est enim prima hoc est primo faciens differre rem a speciebus contentis cum illa sub eodem genere proximo. Quod additum bene notandum est nam falsum est quod differentia ultima faciat rem primo differre ab omni eo quod non est ipsa sive illud contineatur sive non sub eodem genere proximo secum. patet evidenter falsitas hoc in differentia ultima huius sc: rationalitate homo non primo nisi non facit hominem differre ab Angelis deinde non facit eum primo differre a plantis, elementis, astris et aliis omnibus speciebus contentis sub eodem genere proximo cum homine nam homo per differentias superiores rationalitate sc: per sensitivitatem, animati corporei differt a praedictis entibus imo per ipsum suum genus proximum sc: animal quod enim est superius rationalitate

[Marginal note, written vertically:] Obiicies non explicari naturam definiti ut distinctae magis cum his entibus quam aliis [illegible] dicitur [illegible] specialiter ad [illegible] Angelis [illegible] brutis [illegible] Tandem [illegible] ultima huius [illegible] rationalitate.

differt solo ab aliis omnibus speciebus existentibus sub eodem genere proximo. Quam ratio solo non sit ad(?) adeoque non tantum abs-tis differt per rationalitatem sed posterius.

Nota 2do 2dam legem definitionis procedere de definitione 133 quidditativa metaphysica nec tamen universalem. dantur non tantum entia ut Deus Optimus Maximus, Creatura ut sic Substantia, attributa, quas definimus quidditative metaphysice nec tamen habent differentiam ultimam quia non habent differentias superiores dividentes superiora sua genera respective quarum earum differentiarum ultima. cujus ulterior ratio est quia non subjiciuntur pluribus generibus quorum unum remotius aliud immediatius sit existentes immediate sub genere entis quo superius non datur respectu rerum existentium et possibilium. Proinde universaliorem legem definitionis quidditativae metaphysicae seu stricte talis hanc esse censeo: Definitio est oratio genere proximo et differentia ultima tam negative quam positive. prout explicata est num: 132 et talis est definitio Dei sci: ens a se. creaturae: ens ab alio hominis: animal rationale 134

Dixi stricte talis definitionis nam definitiones illa quae negari nequeunt habere genus proximum et ultimam differentiam non sit definitiones stricte tales, seu quidditative metaphysice ut constat ex natura talium definitionum explicata num: 126. tales definitiones sunt primo entium rationis fictorum seu hi-nerariorum et juxta aliquos negationum et privationum hae non nec habent naturam seu essentiam proprie talem consequenter nec quidditatem essentialia proprie talia sci: genus proximum et ultimam differentiam. 2do entis ut sic quod cum sit supremum genus non habet supra se genus proprie tale sci: univocum aut saltem analogum. 3tio Singularium quorumque talium nam omnis horum differentia adeoque et ultima est fere nobis ignota. unde individuum definimus eadem qua et speciem definitione ex genere ac differentia. 4to entium per accidens sive sint composita accidentalia ex subiecto substantiali et forma accidentali sive sint tota per aggregationem eorum non existentium.

Substantiæ et accidente ostendi n' sit qdnam sit eorum genus
proximum n' n. ens cum hoc n' dividat immediate in
Substantiam simul et accidens sed in Substantiam totam et acci=
dens totum.

135° 3tia Lex bonæ definitionis, e'. Definitio dt convenire oi
soli et semper suo definito. Oi, inqm supposito qd plu=
ra sint definita tunc definitio DEI O.M. n' dt convenire
oi suo definito cum unum tantum sit.

Nota legem hanc verificari de definitione adæquate
sumpta seu tam de genere proximo qm de differentia una
definiti nam neq solum genus convenit soli suo definito
cum sit coe pluribus speciebus sub se contentis neq sola dif=
ferentia convenit soli suo definito, ut dictum n: 132. hinc
ulterius Nota definitum n' per solam differentiam differre
ab oi eo qd n' e' ipsum sed tm per genus et per ipsa per differ=
entiam ultimam, seu rationalitatem differt ab oibus ijs cum
quibus convenit genere proximo et alijs superioribus quibus
usq ad Substantiam, exclusive sc: a brutis, plantis, elemen=
tis et per genus tm proximum sc: per anl differt ab oibus
ijs cum quibus n' convenit gnre proximo sc: a plantis ele=
mentis cælis Angelis et, nam hæc oia n' st anl.

Rursus definitum n' per solum genus proximum conve=
nit cum oi illo ente qd n' e' ipsum ut immediate pa=
tuit sed simul per superiora gnra et per differentiam ul=
timam ut patet de hnus ex Arbore Porphyriana

136 Diligenter adverte qd ex sola immediata lege verifi=
catione alicujus definitionis n' liceat statim inferre bonitatem
definitionis (qui tn error passim stingit) nam et proprie=
tas 4ti modi (de quibus n: 74) conjuncta gnri proximo
immediate et superiori soli rei convenit, eidem rei oi
et soli idq irrestricte et semper neq tamen e' definitio illius
ut si dicas hoo e' anl visibile v hoo e' vivens visibile.
Proinde ad probandam bonitatem definitionis ostensim
strictè talis addenda e' 3tiæ legi 2da

4ta Lex ē Definitio d[ebe]t converti cum definito seu definitum ex definitio (intellige obiective sumpta) Ut debeat ad invicem seu invicem praedicari ut homo est animal rationale et animal rationale est homo. Hinc sequitur quod quidquid affirmatur vel negatur de definitione idem affirmetur vel negetur de definito et e converso. Item de quocunque affirmatur vel negatur definitio de eodem affirmatur vel negatur definitum et e converso. Item ex definitione recte infertur definitum et e converso.

Nota ex Oviedo legem hanc et quod illata sit ex ipsa definitioni de definito proximo immediato sc. de ipsa specie tamen non autem de mediato seu de individuis ejusdem speciei, licet n. verum sit Petrus definitione est animal rationale falsum tamen in converso dicendo animal rationale est Petrus cum aliis individuis sit etiam Paulus Andreas &. Item licet bona sit consequentia est Petrus ergo est animal rationale male tamen est animal rationale ergo est Petrus. Alia hujus regulae explicatio dabitur in Logica. 138

5ta ē Definitum non debet ingredi definitionem. quod lex intelligenda est de definito clare cognito non autem posse non posse definitum sub conceptu aliquo confuso et communi plurium virtus ingredi definitionem probant innumerae definitiones a philosophis receptae ut Substantia definitur esse ens per se stans. Causa intrinseca definitur quod dat se ipsam in entitatem totius in quibus definitionibus tam substantia quam causa intrinseca ingrediuntur definitiones suas sub conceptu confuso et pluribus communi sc. sub Ly per se et Ly seipsam 139

6ta ē In definitione nihil superfluum ponatur nec aliquid ex necessariis desit. ratione defectus vitiosa est definitio hominis, homo est vivens sensitivum. ratione excessus autem homo est animal rationale mortale.

7ma ē Definitio non fiat per disjunctionem. unde male definitur animal est vel homo vel brutum. sed haec regula non est universalis nam entia universalia quae se extendunt ad contraria

possunt q disjunctionem definiri vel definiti libertas, nam supposit

Nota idem ee definitionem Qualitatiam metaphysicam qd sceptrum formalem et essentialem rei.

Articulus 2dus

Quid et quotuplex Divisio et quae illius Leges

140 Divisio dialectice sumpta e oratio totum aliquod in suas partes distribuens. Dixi dialectice sumpta nam physica divisio, de qua non agitur hic, e destructio unionis inter partes totius. Totum qd dividitur dicitur divisum partes vero in quas dividitur vocantur membra dividentia.

141 Sicut totorum genus ita divisio triplex e. 1mo n. e totum potestativum seu speciale qd nempe habet omnes partes, in quas distribuitur, easdemque habet sibi subiectas hoc e de illis tamquam de subiectis dicitur fit, unde in partes hujus totius vocantur subiectivae, tale totum e genus respectu specierum et differentiarum, et species respectu individuorum namque animal dividitur in rationale et irrationale, in bovem, leonem, hominem et alias species [...] sive existentes sive pure possibiles quas omnes sub se stricte qd de illis praedicatur fit, tamquam quid superius illis. bene n. dices bos e animal, Leo e animal.

(margin: e illis superius et ut tale, de illis praedicatur)

Nota totum potestativum ee partem metaphysicam respectu sub partis subiectivas sc. genus, respectu sub speciei speciem respectu sui individui nam species componitur metaphysice ex genere proximo et differentia, ut homo ex animali et rationali.

142 2do totum e actuale qd habet actu omnes suas partes quasque sicut. hoc aliud e Metaphysicum qd dividitur in partes actuales metaphysicas solum q modum rationem a se distinctas sc. in genus et differentiam ut homo dividitur in animal et rationale. Aliud e Physicum qd dividitur in partes physicas realiter a se distinctas vel essentiales vel integrales.

Partes essentiales sunt illae quae essentiam constituunt totius ita ut quarumcumque illarum ablata non maneat totum, ita essentiales phys

essentiales physicae partes hominis et corporis cum rationalis ex anima.
Integrales partes sunt quae non sunt de essentia totius sed tamen ad integritatem ejus spectant ita dividitur corpus humanum in manus pedes oculos etc. Quae partes integrales aliae sunt homogeneae seu ejusdem rationis quae scilicet nullam inter se habent notabilem diversitatem qualis partes sunt in aqua vino etc. Aliae heterogeneae seu diversae rationis quae notabiliter a se differunt ut manus, pedes, oculi etc.

3tio est totum Accidentale dum vel subjectum dividitur in accidentia seu potius per accidentia sua ut homo aliquis est albus alius niger etc. vel accidens per subjectum ut dulcedo alia est mellis alia sacchari etc. vel Conversum accidentale in alia accidentia ut dulce aliud est album aliud nigrum etc. Huic ergo triplici classi totorum correspondet triplex divisio 1ma est totius potestativi in partes subjectivas 2da totius actualis metaphysici in partes metaphysicas vel physici in partes physicas easque vel essentiales vel integrales. 3tia tandem est divisio subjecti in accidentia vel etc.

Nota explicatam hactenus divisionem esse divisionem veram dari enim divisio vocis aequivocae in suas significationes ut canis in aut sidus etc.

143

Leges bonae Divisionis et modi argumentandi a divisione petiti.

144

1ma Lex est Divisum debet esse majus quam singula membra dividentia nam homine non est totum dependere ex majus sua parte, ita debet majus esse seu ad plura se extendens quam homo aut leo etc.
2da Divisum non debet esse majus seu ad plura se extendens quam omnia membra dividentia simul sumpta

nam homen rigōs ostendit totum nihil plus et nihil minus dicere, qm oēs suas partes simul sumptas hic n. totd et oēs dant se in aequitate in toti.

3tia membra divisis opposita et contradistingui seu unum in altero includi n. dt. unde male divi= deres aāl in bipes et irraōale nam irraōale reperitur in bipede.

4ta. membra divisis sint proxima nec plura qm sit necesse. hinc male divideres viventes in brutum, brutum, et arborem nam proxime vivens dividitur in sensitivum et insensitivum. 5ta Lex membra divisionis debet eē vere talia ...

14 Modi autem exponendi a divisione petiti plures sunt.

unde mala est divisio aal dividitur in hoē et creaturā, hoē.

1mus ab affirmatione partis subiectivae ad affirmationem totius potestativi, ordinarie loquendo qd additio quia n. tenet regula e raōale qd ē aāl ut dictum n. 83.

Similiter ab affirmatione accidentium propriorum subiecto ad affirmationem subiecti, ut ē temperans qd ē hoō.

Item ab affirmatione subiecti, ad affirmationem accidentis cum quo nullam habet connexionem ut ē lac qd ē album. ē sol glaucus e quisquis 2dus ē ab affirmatione divisi ad affirmationem oīum membrorum dividentium potestatiorum sed sub disiunctione si affirmetur totum potestatium ut ē aāl qd est u raōale u irraōale. sub particula copulativa et si affirmetur totum actuale seu me= taphysicum, ut ē hoō (intellige metaphysice acceptus) qd ē aāl et raōale. hinc physicum de quo notandum qd, ex illius affirmatione essentiali seu necessario affirmentur oēs partes essentiales stringantes dum adeo solum probabiliter partes integrales ut ē hoō qd necessario ē corpus et anima rationalis unitas. Idem autem ē hoō qd probabile ē qd habeat pedes, manus.

3tius ē a negatione totius ad negationem partium u oīum u aliquorum si n. negetur totum potestatium negantur et oēs partes simul sumptae ut n. ē aāl

q̄ nec ē act̃ rāvāle nec irrāvāle. Sicam negato-
rium actuale negando, solum it ū oēs partes, sed s. mal
sumptā ū pars Dla fōalis, seu differeā, idq̄ n̄ semper ut
wē hōō q̄ n̄ ē act̃ rāvāle. Et q̄ n̄ ē Daa rāvālis et
corpq̄ unitā. ū si: n̄ ē bō q̄ n̄ ē rugibile. gt. q̄ n̄ ē
aā illig sensitiva. Dico: idq̄ n̄ semp
n̄ n. recte inferes, q̄ ē hōō q̄ n̄ ē rāvāle, q̄a angelq̄ n̄
ē hōō et tn̄ ē rāvāle. Itm n̄ recte inferes
n̄ existit a parte rei D̄erq̄ q̄ n̄ existit a parte rei
aa illig. Atqs tandem nodqe
a negaōe, sive oīum partium eā integralium, sive
uniq̄ essentialis ad negaōem totiq̄ ut: n̄ ē aal q̄ n̄ ē hōō.
n̄ datq̄ aā rāvālis q̄ nec datq̄ hōō, n̄ ō: caput, oculi, 146
manq̄ et cēteræ partes integrales, hūs q̄ n̄ ē hōō.

Ad meliorem divisiōis intelligeam advorte q̄d di-
visio totiq̄ potestativi in partes subiectivas sibi in aliquo
deā et ē ōverso differat multum a definiōe eorundē,
q̄a definitio gn̄is ūq̄ ōdis explicat naām eiq̄ p̄ genq̄
suum proximum et ultimam differeām, sei p̄ Lq̄ di-
versum, desfinitum, q̄d n̄ fuit diviq̄ ōdis in modo
et irrāvāle. Itam aūt divisio totiq̄ actualis sive
physici sive metaphysici in suas partes licet n̄ differat
a definiōe eiusdem totiq̄ ex parte obi, seu rei sicard,
cum idē ōno cognoscat sive definias sive divi-
das hōem uq̄ physicē spectatum (prout sc: constat
partibq̄ physicis) nam utrumq̄ hōi agendo cogno-
scis corpq̄ aām rāvālem et unionem. Attamen
differt dicta divisio a definiōe ex parte modi
significandi ingentum sc: definitio repræsentat uq̄ hōem
componendo illum ex suis partibq̄, divisio aūt distribu-
endo illum in easdem partes.

DISPUTATIO 2da

De 2da Intellectûs Operatione

Quid sit 2da intellectus operatio et quid sit Propositio seu Enuntiatio dictum disp: [illegible] n.4. In qua [illegible] venendum est 1mo Quid et quotuplex sit propositio. 2do quae eius proprietates.

QUAESTIO 1ma

Quid et Quotuplex sit Propositio?

Ad intelligendam propositionis naturam sciendum prius est quid sit verbum, nomen et Oratio vocalis sumpta ut [illegible] signis partium propositionis mentalis [illegible].

Articulus 1mus

Quid sit Nomen, Verbum, Oratio et Propositio?

147 Dicitur ad 1mum Aristoteles lib 1 Perihermenias Cap 2 nomen sic definit: Est vox significativa ad placitum sine tempore cuius nulla pars significativa est separata: Addunt Summulistae ex dictis a Philosopho eodem Cap: finita et recta faciens cum verbo orationem veram vel falsam.

Dicitur vox significativa ad placitum ut excludantur a nomine termini mentales scripti [illegible]. Item signa naturalia ut gemitus risus quae ex natura [illegible] ex [illegible] instituto aliquem effectum significant quod patet [illegible].

Dicitur sine tempore ad excludendum verbum quod significat aliquam actionem et passionem desinentem pro aliquo tempore differentia quod nulli nomini competit. Licet enim aliqua nomina sint mensuram temporis ut annus mensis non tamen sunt exercitium alicuius actionis eodem tempore

Dicitur, cuius nulla pars significativa est separata, ut ostendatur
differentia terminis ab oratione cuius partes singulae retinent
eandem significationem extra orationem quam habebant componen-
do illam quod de nomine dici non potest.

Dicitur finita ad excludenda nomina infinita
ut non homo quia simpliciter loquendo non est nomen quia
nos ad nullius rei certam notitiam ducunt ad quem finem
verbum impositum est nomen.

Dicitur recta ad excludendos casus obliquos qui pari-
ter non sunt simpliciter nomina sed casus nominum unde non constitu-
unt per se sed cum alio sunt verum ita propositionem.

Tandem dicitur finiens verum vel falsum cum ver-
bo ordinem ut excludantur a nomine omnes voces quae
per se non possunt esse termini seu pars propositionis de quibus
dictum est supra et a numero 13.

Obiicies. Prandium, Coena, quae est nomen et tamen significat
cum tempore prandium enim significat comestionem tem-
pore meridiano Coena vero tempore nocturno quae
ergo definitum non esse vox significans sine tempore.
Respondeo Nego minorem probationem dico prandium significat
comestionem exercitam aliquando tempore meridiano
Coena vero tempore nocturno et sic ceteris. significat come-
stionem exercitam de facto vel exercitam esse aut exercen-
dam tempore meridiano et nocturno. Nisi enim addatur
ly prandium verbum est aut fuit aut erit cuili-
cuius vocem hanc prandium non intelliget an come-
stio exerceatur de facto vel exercita aut exercenda sit
tempore meridiano.

3

Urgebis Participia significant actionem aliquam exer-
ceri in aliqua differentia temporis vel praesentis vel praeterita
vel futura unde enim sunt triplicia participia scilicet tempo-
ris praesentis praeteriti et futuri quae saltem non omnia nomina

4

scant sine tempore nam participia referuntur ad ... cum habeant casus. ... Ideo Deo Aristo... dicis Deigns. Ergo saltem non omnia nomina, proprie talia scant sine tempore. Respiceam non omnis nomina sive proprie sive improprie et latius talia, Respicequam.

Porro participia ex ea etiam ratione ad nomina refer: untur quod etsi participent casus unde sunt nomina impro: prie talia proprie cum sint modi. verborum cum relativo qui quod quod subintellecto sinuntur nam idem est hoc amatus a DEO ac hoc qui amavit DEUS.

Quoad ad 2dum Verbum ad mentem Aristotelis definitur: Est vox finita et recta significativa ad placi: tum cum tempore cuius nulla pars separata significat et semper eorum quod de altero praedicantur nota.

Differt a nomine tantum per hoc quod significet cum tempore et sit eorum nota quod de altero praedicuntur ut patet ex definitione nominis.

Dicitur vox finita nam a ratione verbi excluduntur verba infinita ut non legit non scribit nam ex hoc nullam determinatam actionem significant.

Dicitur recta ut excluduntur a ratione verbi Aristotelis omnes alii modi et tempora verborum praeter tempus praesens Indicativi modi nam alii modi iuxta Philosophum non sunt verbum, sed casus verbi. Rationem huius affert Cassilius quia a verbo pendet veritas propositionis. porro veritas propositionis omnis semper sumitur a tempore praesenti adeoque a verbo temporis praesentis videlicet verum est dicere nunc: Petrus currit quando dicitur quando verum erit dicere Petrus currit. similiter ideo verum nunc est dicere Petrus currebat quia verum erat dicere quando dicere Petrus currit.

Dicitur Nota eorum quod de altero praedicantur quia verbum significat seu manifestat nobis an praedicatum conveniat vel non

Subo. unde Nota q verbum intelligi hic ipsam
copulam propositionis, sed si affirmativa sit, sicat praedica-
tum convenire subo si autem negativa sicat non convenire.
Reliquae particulae sunt et significatio cum tempore
explicatae sunt in definitione nominis.

Quantum ad 3tium Oratio lib: 1 Perihermeneias: cap 4 5
sic definitur ab Arte. Est vox significativa cuius partium
aliqua significativa est separata ut dictio sed non ut af-
firmatio vel negatio. Definitio haec bene pene-
tranda est nam operatur tum complexo de quo dictum est
praecedenti n 54 et ut si operatur orationi. dantur n. aliquae
quae orationes, quarum partes separatae seu extra orationem
sumptae significant non tamen ut dictio sed etiam ut affirmatio
vel negatio talis est oratio, homo est sol lucet, dies est. cuius
partes sol lucet dies est sunt duae affirmationes.

Explico itaque sensum Aristotelis in definitione data. 6

Dicitur vox non errores qua in oratione et de significatio-
nem unum aliquem sensum facientium vel etiam unica
vox sed pluribus aequivalens ut lego quod his aequi-
valet ego sum legens aliquid.

Dicitur cuius partium aliquam significativa est sicut
affirmatio vel negatio. hoc est ad essentiam orationis non re-
quiritur ut aliquam ex eius partibus seorsim sumpta
sit per modum affirmationis vel negationis licet possit
contingere, aliquando quod ita sit. unde Lg n ut
affirmatio vel negatio non excludit affirmationem vel nega-
tionem ut si parte orationis sed solum necessitatem
affirmandi vel negandi esse n. nulla pars orationis seor-
sim accepta affirmet aliquid aut neget esse in oratione pro-
posita et in hac propositione Petrus est homo.

Quo ipsa tota oratio est, sed affirmet aut neget
retinet tamen propriam orationis rationem seu essentiam ut dum
dicis O domine intelligam: unde 7

Infertur Amo quod in anima intellegi operatio
possit esse oratio proprie talis. 2do Orationem

a termino complexo et per differre qd hic expresse asce-
dat terminum affirmationem complexum negationis alicuius predica-
ti de subiecto alias non tamen rem propositionis erit tamen vero
Oratio tam 2dam se totam quam 2dum partes suas spe-
ctata est indifferens ad affirmationem et negationem vel
careat affirmationis et negationis.

8 Oratio duplex est Imperfecta quod non habet sensum perfectum
quales orationes sunt in propositione non conditionali una pars ut:
nisi fervens diligam. Perfecta est quod habet sensum
perfectum ut: nisi fervens diligam damnum debebis.
Rursus Oratio perfecta vel est Enunciativa quae est propositio affir-
mans vel negans aliquid vere vel falso vel non Enunciativa
quae nihil affirmat aut negat qualis oratio est interrogatio
imperium et ut: nonne venies, fac hoc, utinam studeres.
Sed haec oratio ad Rhetoricam potius quam ad Dialecticos spectat.
[illegible] Dico ad principale quaesitum

9 Propositio recte definitur ab Aristotele in Perihermeneias Capite: Est
Oratio affirmativa vel negativa, alicuius de aliquo. Item
in Perihermeneias Capite 4 Est oratio verum vel falsum significans.
Bonitas definitionis huius probatur ex eo quod convenit omni et soli
et semper propositioni et explicat genus eius proximum et diffe-
rentiam. Loco generis ponitur oratio reliqua par-
ticula loco differentiae. Videntur quibusdam
hae definitiones quoad rem non convenire sed tantum [illegible] convenient
nam in una ponitur affirmativa vel negativa [illegible]
intelliguntur hic termini vere vel falso. in 2da autem
[illegible] intelliguntur [illegible] affirmando, vel negando

10 Notandum quod propositio habent suam materiam
eamque duplicem. Materia circa quam (ab aliis vo-
catur remota) est ipsum obiectum circa quod versatur
propositio. 2dam ex qua (ab aliis vocatur pro-
xima) est ipsum subiectum et praedicatum ex quibus

tergu partibus suis propriis propositio. Habet et
formam propositio quasi formam scilicet copulam dicitur n[am]
corpus sine forma vivere nec sentire nec movere ita
subiectum et praedicatum sine copula nec affirmat nec negat.
Quisque habet quantitatem et qualitatem. Quantitas
est extensio propositionis ad plura vel restrictio ad pauciora.
Qualitas est veritas vel falsitas propositionis seu affirmatio
vel negatio.

Articulus 2dus.

Quotuplex est Propositio?

Propositio multiplex est sive spectetur ratione sui sive
ratione materiae, formae, quantitatis et qualitatis. Dividemus
in Puncta 4 ~~tria~~ dividemus ad vitandam
confusionem.

Punctum primum

Quotuplex Propositio ratione sui.

Propositio ratione sui spectata alia est simplex alia
complexa seu conjuncta. Simplex quae
dicitur Cathegorica est quae habet unum tantum subiectum unum
praedicatum et copulam. ut: homo est animale.
Haec alia est absoluta (seu de inesse) quae absolute
sine ulla restrictione seu modificatione dicit praedicatum
inesse vel non subiecto, qualis est in allato exemplo.
Alia modalis quae exprimit modum quo praedicatum
inest vel non subiecto ut Deus ~~necessario~~ studet.
Quisque absoluta alia est de 2do adiacente quae
habet implicite copulam praedicato inclusam ut Deus studet.
Alia de 3tio adiacente quae tria habet
subiectum praedicatum, copulam distincte et expresse
habet. ut Deus est studens. Item alia
est identica in qua idem et eodem modo dicatum

Pdicatur de se ipso ut homo est homo. Alia non identica in qua idem sed non eodem modo sumptum praedicatur de se ipso ut homo est animal rationale. homo non est sumptus ... ...

12 Complexa propositio (quae etiam composita communiter dicitur) est quae pluribus propositionibus simplicibus inter se connexis constat unde ei plura verba praedicata et copulae hic ... non dotti tum sed et ... des salvari possunt.

Nota propositionem complexam non ita pluribus propositionibus constare ut una earum sit subjectum altera praedicatum propositionis complexae neque non una propositio affirmatur aut negatur de altera sed ita ut enuncietur connexio aliqua earum propositionum inter se.

13 Propositio complexa dividitur primo in copulativam et disjunctivam. Copulativa est in qua duae vel plures propositiones particula seu effectum sequenti tum jungentes connectuntur ... atque ... ut Deus est ... et ... sunt ...

Ad copulativam propositionem referuntur propositiones adversativae ut licet Deus est ... in ... est ... propositio ... non ... ut Deus est ... et non ... Item relativae ut Deus qui est ... est ...

14 Disjunctiva est in qua propositiones plures nectuntur particula vel, aut, sive ut Deus est liberalis vel ... Disjunctiva propositio quae alia est ... alia propria dicitur n: 37.

15 Propositio complexa est Illativa in qua plures propositiones connectuntur particula illativam quod quam triplex sit triplicem ... illativam ... ideo propositio illativa triplex est. Alia conditionalis seu hypothetica in qua propositiones connectuntur particula si ut ... est ... Alia causalis in qua propositiones connectuntur particulam quia

ut video dies est qd lux est. Alia Rationalis ingenii inveniunt propos per particulas ergo, igitur &c. ut dies est ergo lux est. Propos Causalis quae multiplicem sensum habere potest discas ex propos reduplicativa [illegible]

16

Nota propos^es immediate explicatas esse dici *Illativas* quod in illis una earum pars infertur ex altera vel conditionate ut in *hypothetica* vel absolute seu independenter ab illa *conditione* ut in causali et rationali. unde Fleury docet propos^es has tum ad 3dam quae ad 2dam operationem intellectus pertinere quia in illis verum vel falsum exprimitur et simul infertur quae doctrina bene notanda est.

Propos Complexa est adhuc exponibilis quae ob sui obscuritatem indiget explicari per alias duas vel plures propos^es inse implicite continentes quae dicuntur *exponentes* eo quod exponant declarare sensum propos exponibilis in ea latentem.

17

Exponibilis propos triplex est Exclusiva Exceptiva Reduplicativa. *Exclusiva* est quae constat aliqua particula excludente ut tantum solum dumtaxat. Haec vero alia est de *subjecto excluso* quando particula Exclusiva afficit subjectum ut *tantum Deus* est omnipotens. sic enim ego nego Deus est omnipotens et nihil aliud a se distinctum a Deo est omnipotens. Alia est de *praedicato excluso* quando particula exclusiva afficit praedicatum ut elementa sunt tantum 4. Exponitur per duas simplices propos^es Elementa sunt 4 et non sunt plura.

18

Exclusiva propos alia adhuc est *de dicto seu subjecto singulari*. huiusmodi exempla immediate allata. *alia de dicto seu subjecto Communi* ~~ut~~ in qua excluditur praedicatum ab omni eo quod non includitur in subjecto communi ut tantum homo est animal rationale. huiusmodi propos ita exponi debet sicut propos exclusiva de subjecto singulari excluso dicendo: omnis homo est animal rationale et nihil aliud a se distinctum, adequate ab omni homine est animal rationale. Dicunt aliqui Exponentem

hanc, malam ēē q̄a inquiunt, sequeretur nullus homo
ēē anl rationale cum nullus homo sit ois homo
sed contra ois homo propo absoluta ois homo
e anl rationale e vera cum nullus homo sit ois homo
quod praeter hoc e vera nihil aliud significatum ab ōi
homine e anl rationale. Tertium cum additur ly adequate
Lepsg n. eig e, nihil qd e extra collectionem oium
hominum e qd rationale. Sunt ergo ois homo e anl rationale
Lepsg e, oia individua sumpta in collectione hominum sunt
anl rationale.

19 Exceptiva propo e inqua excipitur a toto Coi,
aliquis vel eo inclusus, ut Oes Apli praeter Judam sunt
SS. Haec aut non e Exceptiva aliquis praeter Petrum studet
... nec haec alig philosophy praeter Petrum studet
non nec ly aliquis nec ly alig Philosophy est toty
Cois in quo includatur Petrus. Hinc non recte
definitur exceptiva propo ēē illa quae constat aliqua par-
ticula exceptiva ly praeter, nisi et exceptot.

Notandum qd in expone propoōis exceptivae
primo loco poni dr pars in toto Coi inclusa affecta
particulā exceptivā, et hoc erit praejacens ergo oes
Apli praeter Judā sunt SS. sic exponitur Judas non e Sanctus
et oes alij Apli sunt SS.

20 Reduplicativa propo e quae constat particula
reduplicativa qualis e quatenus, in quantum et ly Petrus
in quantum e Philosophus disputat.

Notandum diligenter qd particula reduplica-
tiva multiplicem sensum facere potest, uno Formale
quando denotat terminum reduplicatum ēē rationem seu
causam formalem cur Formalis subti convenire praedicatum subto.
Primo mo seu causa Formalis subti e ipsa essentia subti
v pars essentialis ut si dicas homo quatenus homo e anl rationale
et homo quatenus homo est animal.

In primo exemplo reduplicatio tota essentia huius in 2do
pars esse. 2do Causalem quando denotat
terminus reduplicationem, et quam aliquis extrinsecam
efficientem propter quam praedicatum convenit subiecto ut ignis
quatenus calefaciens calefacit. ubi reduplicatio ca-
lefactivitas tanquam causa efficiens calefactionis.
3tio denotat solam conditionem requisitam ad hoc ut
praedicatum conveniat subiecto ut ignis quatenus approximatus
urit, ubi reduplicatio approximatio quae solum est conditio
naturalis requisita ad actionem. 4to denotat
illam partem subiecti in qua recipitur forma praedicati ab illa
distinctam ut homo quatenus est corporeus est coloratus. ubi re-
duplicatio illa pars huius scilicet corpus quod recipit formam
colorem a se distinctum.

Adverte propositiones reduplicativas siquidem
importent aliquam causam seu rationem propter quam praedica-
tum convenit subiecto bene exponi per propositiones causales ergo
homo quatenus homo est animal rationale bene exponitur homo
ideo est animal rationale quia est homo.

21

Ad complexas propositiones spectant propositiones
formatae ex suppositione impossibili quae duplices sunt. quae-
dam formatae ex suppositione impossibili non tollente se
ipsam in quibus non ponuntur termini seu (?) incompossi-
biles ut si Spiritus Sanctus non procederet a Filio,
distingueretur ab ipso. Aliae formatae ex suppositione
impossibili tollente seipsam in quibus ponuntur termini
seu (?) incompossibiles ut si Deus non esset Deus daret (?) hoc
et non daret rationalis nam in hac propositione affirmatur to-
tum de Deo scilicet homo et simul negatur quae negatur
pars metaphysica huius scilicet rationalitas. Priores
propositiones admitti possunt in argumento non tamen poste-
riores. Hinc enim refero propositiones falsificantes seipsas

nam et hoc tollunt se ipsas ut in ratione nunquam incurrerent

Punctum 2dum

Quotuplex Propositio ratione materiae et formae.

22 Triplicem materiam circa quam versantur propositiones assignant Dialectici Necessariam Impossibilem Contingentem.

Necessaria est dum praedicatum necessario convenit subiecto (intelligo de subiecto et praedicato obiective sumptis) atque si necessario metaphysice seu inimpedibiliter etiam a DEO convenit praedicatum subiecto est materia necessaria absolute et metaphysice sic esse rationale convenit homini. Si autem solum necessario physice seu impedibiliter solum a DEO est materia necessaria physice sic esse calidum convenit igni. Si autem solum necessario moraliter seu ita ut oppositum quidem non sit separabiliter naturae dari possit est materia necessaria moraliter sic diligere filium convenit matri.

23 Materia Impossibilis est quando praedicatum subiecto repugnat seu negatur convenire atque quod absolute metaphysice est materia impossibilis absolute metaphysice sic esse generatum repugnat DEO quod physice tantum seu naturae est materia impossibilis physice naturae sic igni repugnat esse frigidum quod moraliter tantum est materia impossibilis moraliter sic matri repugnat odisse filium.

Tandem materia contingens est quando praedicatum contingenter subiecto convenit seu ita ut possit non convenire sic homini convenit esse doctum.

24 Ratione triplicis huius materiae triplex est propositio alia in materia necessaria alia in impossibili alia in contingenti. Propositio in materia necessaria est cuius praedicatum necessario convenit subiecto. proportionaliter defini reliquas propositiones. Multi docent ratione dictae triplicis materiae triplicem esse propositionem Necessariam Impossibilem et Contingentem quod

evidenter falsum est. Nam dantur propositiones in materia necessaria falsae quod sit impossibiles et e converso in impossibili dantur verae quod sit necessariae ita propositio haec homo non est animal rationale est impossibilis (intellige absolute verificativi), cum impossibile sit hominem non esse animal rationale, et tamen est in materia necessaria quia eius praedicatum scilicet animal rationale necessario metaphysice convenit subiecto seu homini. Et contra propositio haec homo non est lapis est necessaria cum metaphysice necessarium sit hominem non esse lapidem et tamen est in materia impossibili quia eius praedicatum lapis repugnat metaphysice subiecto scilicet homini.

23 Ratione formae seu copulae (de qua dictum n. 20) alia est propositio *Affirmativa* in qua praedicatum affirmatur de subiecto ut Petrus est homo alia *Negativa* in qua praedicatum negatur de subiecto ut Petrus non est homo. Nota ex dictis de propositione complexa quod illa sit vere et proprie affirmativa cuius principalis copula est affirmativa qualis est propositio ista qui non est peccator est gratus Deo et contra illa propositio complexa est vere et proprie negativa cuius principalis copula est negativa qualis est haec qui est peccator non est gratus Deo. *Per copulam principalem* intellige illam quae nectit praedicatum cum subiecto seu signum aliquid affirmans vel negans de subiecto. Copula non principalis est (quae etiam dicitur copula implicationis) quae non affirmat vel negat de subiecto sed tantum supponit aliquid de subiecto vel limitat subiectum aut praedicatum. Id dictum de propositione complexa idem dicendum de Modali. Sic illa propositio Modalis est affirmativa cuius copula modum afficiens est affirmativa. Illa vero negativa cuius copula modum afficiens est negativa. Ratio est quia copula modum afficiens est principalis in propositione modali haec non sola nectit praedicatum cum subiecto ut vides in hoc exemplo Petrum non currere est contingens quae propositio

ē affirmativa nam æquivalet huic negatio cuiq[ue] homini ē dangens. et unde inferes in propositione dari propositionem etiam quod modificatur tenere se ex parte subjecti modi seu ex parte prædicati.

Punctum 3tium

Quotuplex propositio ratione Quantitatis

26 Quid sit quantitas propositionis dictum n. 10. Rone illius dividitur omnis propositio simplex absoluta in Universalem, Particularem, Indefinitam et Singularem. Universalis ē in qua subiectum universale præponitur syncathegorema universale sc. omnis, nullus, ut omnis homo ē animalis. Particularis ē in qua subiecto universali præponitur syncathegorema particulare sc. aliquis, quidam, ut aliquis homo currit. Indefinita ē in qua subiecto universali nullum syncathegorema præponitur ut homo ē animal. Singularis ē in qua subiectum est terminus singularis ut Petrus ē homo, quo casu affectus syncathegoremate singulari ut hic homo currit.

27 Nota 1mo propositio indefinita in materia necessaria prædicationis directæ seu naturalis de qua n. 36 dicemus æquivalet universali. Si autem in materia contingenti æquivalet particulari. et ita propositio hæc homo ē animal æquivalet huic omnis homo ē animal, hæc autem homo currit æquivalet huic aliquis homo currit. Dixi propositio indefinita in materia necessaria prædicationis directæ si enim sit prædicationis indirectæ seu innaturalis etiam in materia necessaria æquivalet particulari ut animal ē homo æquivalet huic aliquod animal ē homo cum falsum sit omne animal esse hominem.

Nota 2do

Nota 2do ex strinque quantitatem propositionis non attendi penes praedicatum sed penes subjectum unde propositio haec omnis persona divina est Deus est universalis licet praedicatum Deus sit singulare. 28

2do ratione quantitatis propositio modalis dividitur in universalem et particularem. Ad quod intelligendum praemitto in propositione modali duo inveniri Dictum quod est ipsa propositio simplex et modum seu terminum qui additus propositioni simplici significat quomodo praedicatum insit vel non subjecto. Qua vero praedicatum modo subjecto vel necessario vel contingenter vel impossibile est ut non insit ideo triplex tum modus consideratur a Dialectica scilicet necessarius impossibilitatis et contingens seu possibilitatis ut insit vel non insit. 29

Caeteri modi ferme innumeri sunt. Adverbia a dictionibus derivata siquidem ut aliquis ex dictis dictis modum vero continet non videntur fallere a Dialectica hos praemisso

Dico propositiones modales quantitatem suam seu universalitatem et particularitatem non ex dicto sed ex modo desumere. Unde si modus fuerit universalis dictum aut particulare propositio modalis erit universalis et contra si modus fuerit particularis licet dictum universale propositio modalis erit particularis. 30

Sic v.g. necesse est modus universalis affirmativus quia aequivalet signo omnis ~~vel nullus~~ et tunc propositio necesse est aequivalet huic propositioni omnis homo est animal. Sic impossibile est modus universalis negativus quia aequivalet signo nullus et tunc propositio impossibile aequivalet huic nullus homo est lapis. Sic possibile seu contingens est modus particularis af-

affirmativa, quae aequivalet huic aliquis est homo currere est possibile aequivalet huic aliquis homo currit. Haec possibile non esse hominem non est modo particularis negativa, quae aequivalet huic aliquid non esse hominem, non currere est possibile aequivalet huic aliquis homo non currit. Ex dictis habes propositionem hanc aliquid esse hominem esse necesse esse universalem affirmativam licet dictum sit particulare, et hanc omnem hominem currere est possibile esse particularem licet dictum sit universale.

Nota haec possibile tunc tantum sumi pro contingens quando affirmatur dictum contingens seu tale quod possit adesse et abesse, et habere.

31 De exclusivis propositionibus copulativarum nihil specialis dicendum occurrit, tantum nota copulativa a parvo partem talem in qua plures propositiones concurrunt particulares ... universalem. ... ...

Punctum 4tum

Quotuplex propositio ratione qualitatis.

32 Qualitas propositionum est ratio affirmativa ... negativa ... veritas ... falsitas ... de ... dictum ... ... duplex est propositio vera et falsa. Vera est quae est conformis ... ... prout ... ... prout ...

se sit obiectum. Item falsa est quae est difformis suo
obiecto seu quae aliud se habere enunciat obiectum quam
de facto illud se habeat.

33

Veritas et falsitas propositionum simplicium absolu-
tarum ex se manifesta est, modo dicatur necessario. Ex[empli gratia]
haec propositio: Petrus est albus quod sit vera contradictoria
vero illi Petrus non est albus quod sit falsa, evidens est.
Solum ergo de veritate aliarum propositionum aliquid
praeconi inveniendum.

34

1mo Veritas propositionum modalium definitur
ex eo si modus dicto conveniat. Falsitas si non
conveniat, ut si dicas Petrum esse doctum est necessarium,
falsa est propositio, licet n[am] Petrus sit doctus non tamen neces-
sario, sed contingenter est doctus, unde esset vere dicas
Petrum esse doctum est contingens. Ex quo habes,
tunc modum convenire dicto adeoque veram esse propositionem
modalem quando modus convenit cum materia
sui dicti [illegible] propositio, si modus necessarius cum materia
necessaria, contingens cum contingenti etc., ut Petrum
esse animal est necesse, Petrum esse doctum est contingens,
Petrum esse lapidem est impossibile.

35

Nota ex Toleto propositiones modales omnes quae
in materia contingenti [illegible] quod sint verae de ne-
cessario [illegible] si autem sint falsae esse necessario falsas.
ita propositio haec Petrum esse doctum est contingens est neces-
sario vera, ita namque Petro contingens est doctrina
ut nequeat esse non contingens sed necessaria.

36

2do Veritas et falsitas propositionum complexarum
pro materiae diversitate diversis modis definitur.
Copulativa propositio ut sit vera omnes partes debet haben-
re veras, seu omnes ~~propositiones~~ simplices quibus constat.
